

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 2: De presumptione (5)

Idem (Iohannes Crisostomus):

Boni servi est fideliter operari,
non discutere domini voluntatem.

Philosophi altissima cupientes discutere
victi ingenio defecerunt sermone,
et ultimo nichil aliud se invenire confessi sunt,
nisi quia incognoscibilia erant.

Boni autem servi est, fideliter operari,
et non discutere domini sui actus.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaicum*, 28
(PG 56, col.777).

Antiqui philosophi, et oratores,
qui naturali sapientia literarum exercitatione exacuminati,
de Dei natura quaerere contendebant,
non Deum invenire desiderantes,
sed altissima disserere cupientes,
victi sunt ingenio, defecerunt sermone:
in ultimo nihil se amplius invenire potuisse confessi sunt,
nisi quia Deus incognoscibilis est.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaicum*, 28
(PG 56, col.776).